

Q. F. S. F. Q.

בית הלוי
הנעלה

Seu

DOMUS DISCALCEATI ILLIUS;
ex Deut. XXV.

Quam

*Consensu Ampliff. Senatus Philos. Reg. Acad.
Aboënsis,*

SUB PRÆSIDIO

VIRI Maxime Reverendi atque Ampliffimi

Dn. ISAACI בן ישראל
L. L. Sacr. Prof. Ordin.

Publico examini modeste subjicit

JOHANNES SCIURENIUS J. Fil.

Borea-Ferro.

Die D. V. 20. Martii A. MDCCXXXI.
loco horisque solitis.

ABOÆ, Impr. R:æ Ac. Typ. J. Kiämpe.

S:æ R:æ M:tis
Magnæ Fidei VIRO,

Reverendissimo Patri ac Domino

**D^N LAURENTIO
TAMMELIN,**

Dicæseos Aboënsis EPISCOPO Eminentissimo, Regiæque ibidem Academiae PRO-CANCELLARIO Magnificentissimo, Venerandi Consistorii Ecclesiastici PRÆSIDI Gravissimo,
MÆCENATI SUMMO.

DUllm magni nominis Tui splendore leve hocce ingenii immaturi specimen, Reverendissime Pater, illustrare cogitavi, incertus fluctuavit animus, an graviores Tuas curas hujuscemodi levidensibus interurbare auderem. Quum vero favorem Tuum ac gratiam in me prorsus perspicerem singularem, mox animo quasi relevato, non in spem tantum erectus sum, fore, ut
Reve-

S:æ R:æ M:ris

Magnæ Fidei VIRO,

Generosiss. atque Nobiliss. Domino

**D_N. SAMUELI
BONFELZI**

Judici per Provinciam Careliensem Æ-
quissimo, Avunculo ut longe optimo,
Desideratissimo; ita humili pietatis af-
fectu æternum suspiciendo,

PATRONO MAXIMO.

P*Atiaris Avuncule longe optime, ex gra-
tia Tua innata, a me hæc qua'os-
cunque studiorum primitias, Tuo inscribi
nomini: licet istæ ne vel ad minimam par-
tem Tuo in me incredibili favori summeq;
benevolentia respondere queant. Dūdum
enim est, ex quo maxima illa Tua beneficia
abunde probarunt, neminem progressibus &
saluti mee Te amiciorē esse. Pari ita
que*

Reverendissime Præsul, huic mea ignoscas
audacia: sed submisse insuper contendo, di-
gneris impolitas hæc pagellas benigno ad-
spicere vultu, earumque ruditatem Tua i-
psius supplere gratia. Insigne hoc, Reve-
rendissime Præsul, cum eximio illo, quo me
amplexus es favore, beneficium, in ma-
xima felicitatis parte ponam; validissimis
votis jugiter exoptans: jubeat supremum
Numen, Te, incomparabilem cœlestis veri-
tatis vindicem in seros usque annos vale-
re & florescere, ut tantum Mæcenatem
quam diutissime venerentur clientes Tui,
quorum in numero & gratiosissime recense.

Reverendissimi Nominis Tui

devotissimum cultorem

Joh. Sciurenium.

que favore ac gratia levissimas hasce meditationes, quas in gratissimi devotissimi- que animi signum Generosissimo Tuo nomini facras esse cupio, excipias, queso. ut ut longe infra solidissimam Tuam eruditionem, Et exactissimum de melioribus litteris judicium, futuras. Meum erit, quum nihil quidquam Tuis in me cumulativè collatis beneficiis reponere possim, assiduis precibus, rerum omnium Supremum defatigare Moderatorem, velit Tibi nullo non tempore ex alto adesse, Teque muneris ardui curis pressum sublevare, ac prosperitate omni, viribusq; vegetis beare, ut patria in longum Tua fruatur opera, Tuique omnes mecum fulcro gaudeant desideratissimo. Voret

Generosissimi Nominis Tui

humillimus cultor
Joh. Sciurenus.

Pereximio ac Prestantissimo Domino.

Dn. JOHANNI SCIURENIO,
Erudite de Domo Discalceatorum pro-
pediem Disputaturo.

Non aliter possum, quin carmina dice-
re tentem,
Hos & Amice, tibi felices gratuler ausus:
Ut tandem referat Phœbus tibi præmia larga
Cynthius, & cingat viridi tua tempora
lauro!

Ita amice, iniquiori licet vena,
gratulari voluit

NICOLAUS L. TAMMELIN.



I. N. J.

PROOEMIUM.



N quemcunque
licet Scripturæ Sa-
cræ locum oculos
nostros conver-
tamus, arduas ex-

templo res obvias deprehende-
mus. Quarum nec levissima est
argumentum hocce, de quo mi-
hi nunc, primum ingenii speci-
men quaecunque publici factu-
ro juris, disquirere animus est ;
de *domo* scil. vel *familia discal-
ceati* ; quæ discalceatio alios inter-
ritus ac leges, a summo Numi-

A

ne

ne, genti Israëliticæ observanda sancita atque injuncta fuit. Quod quidem argumentum, non exquisitè & ut deceret, sed leviter tantum pro modulo ingenii tractatum iri, tibi Ben. L. polliceri possum vestigia eorum persequens, qui in aliquam hujus rei partem, illustria ingeniorum suorum nobis reliquere documenta. Interea temporis, meos hospice, in hac re brevitati studentis, innocuos aulus, ingenique immaturi conatus, velis Cand. L. in meliorem interpretari partem, qua par est observantia rogo.

Seçtio Philologico-Historica.

§ I.

CUM vero adprime conducatur, in civitate quoque philologica jam olim probatum Viri dederint Clarissimi, ut ab initio res repetatur: priusquam ad propriam

piorem materiae institutae progrediamur considerationem, in antecessum nobis curae erit ipsa origo & ratio vocum in fronte hujus opellae allatarum.

Primum itaque nobis expedienda est vocabuli inscriptionis primi בַּת etymologia. Cujus origo a quibusdam revocatur ad radicem verbalem בָּנָה aedificavit. Rectius tamen videtur aut nomen בַּת statui ipsa radix, aut reduci id ad peculiarem radicem verbi בִּית, atque ab ea punctorum solummodo mutatione derivari. Quorsum nos ducit non genus tantum nominis masculinum, quum בִּית servile in fine alioquin femininum soleat designare; sed & nom. בַּת hinc procul dubio derivatum, litteris י & ת tanquam radicalibus servatis. Eodem quoque inclinatur verbum illud בִּית Chaldaicum

cum, ostenditque nomen בית non dictum a notione ædificandi, sed habitandi (a). Forma ejus pluralis ביתים peculiare quid habet: aut enim in hac voce contra analogiam lingvæ Kametz in syllaba composita sine accentu consistit; aut sequens dagesch non forte, sed lene, idque euphonicum statuendum. Significatio hujus vocis varia est: Generatim notat *domum*. Speciatim vero, & quidem I. proprie accipitur pro *edificio* quolibet, hominum industria factò (b). Improperie autem ac translate denotat II. *συνεκδοχικῶς* templum Dei, quod בית הא' יְהוָה dicitur (c): III. metonymice *familiam*, liberos, domesticos (d): aut IV. *facultatem*.

(a) Confer Guffetii Commentarium Lingvæ Hebraicæ, (b) Gen. 19. 11. (c) 1. Reg. 6. 38. (d) Gen. 7. 1. Exod. 12. 4. &c.

cultates & bona (e). Quin & la-
tius Hebræi hanc vocem exten-
dunt V. ad animalium latibula
& avium nidos (f): immo VI.
quemvis locum & spatium desi-
gnandum (g): & quæ sunt reli-
quæ ejusmodi significationes spe-
ciales (h), quas heic consulto o-
mittimus. Non enim latet, hic
loci domum sive familiam indi-
cari: qua quidem notione in tex-
tu Hebraico ei respondet ממשק.
Similiter læpe Græcis οἶκος vel
ὄικια, Romanis domus, ad fami-
liam denotandam adhibetur: quod
idem & nostris lingvis usu venit.

Ja

Jam statim perpendendum oc-
 currit vox altera, quæ opusculi
 nostri titulum ingreditur, יבד :
 quæ est in statu constructo, ha-
 betque

(e) *Esa. 36. 3. (f) Prov. 30. 26.*
Psal. 84. 4. (g) Exod. 25. 27. (h) Vi-
de Stockii clavem lingue Sanctæ V. I.
p. m. 131.

betque litteram servilem essentialem, in Kal formantem part. præt. pahul. Participia enim, activæ etiam significationis, sæpe cum nominibus diversi casus in regimine construuntur. Ipsa vero radix est $\chi\lambda\eta$. Nec hujus significatio uno modo solum in sacris exprimitur pandectis. Generatim notat extractionem & semotionem a pristino loco vel statu. Hinc ad diversas species transfertur. I. Liberare, eripere ex malis & ærumnis (*i*): II. Expedire ad militiam: unde $\chi\lambda\eta$ (*k*) dicitur quasi *extractus* ex communi populi sorte ad bellum, ut & Svecis usurpatur ut *utstott*. III. Semel intransitive in Kal, se subtrahere vel subducere alicui (*l*), cetera vide alibi (*m*). Verum in

pro-

(*i*) *Psal.* 60. 7. *Hiob.* 36. 15. & sæpe.

(*k*) *Num.* 31. 5. &c. (*l*) *Hos.* 5. 6.

(*m*) vide *Stockium*.

7
propria illa extrahendi notione,
terminorum de actu aut motu
hoc, inversio notanda est, nempe
rei eductæ, & rei ex qua illa
educitur. Nam I. $\chi\lambda\eta$ cadit in
lapidem e muro erutum, tanquam
circumligatum, & ab re
ambiente constrictum (n): similiter
h. l. in hominem aut pedem
calcei ligamentis expeditum. Sed
H. contra cadit etiam in calceum
pedi detractum, cingentem sane,
non cinctum (o). Adeoque ad
formalem verbi hujus notionem
constituendam sufficit qualiscunque
rei extrahendæ cum aliis
conjunctio. Hujus synonymon
eatenus est $\psi\psi\delta$, nec non $\eta\eta\psi$,
Latine detraxit. LXX. h. l. $\chi\lambda\eta$
per $\upsilon\pi\omicron\lambda\upsilon\theta\epsilon\iota\varsigma$ expressere.

Enucleatione priorum vocum
peracta, postremi vocabuli $\chi\lambda\eta$
ratio-

(n) *Lev.* 14. 40. (o) *Deut.* 25. 9.
Exod. 20. 2.

rationem brevibus attingemus. Natales suos id habet a radice $\lambda\upsilon\delta$ clausit, obseravit, calceavit, præfixum h. l. gerens η demonstrativum seu emphaticum. Significat calceum, calceamentum, a claudendo (*p*): quia videlicet calceus est operimentum pedum, seu quod superne corrigia obfirmatur, aut loro constringitur (*q*). Græci interpretes sæpius $\acute{\upsilon}\pi\omicron\delta\eta\mu\alpha$, at Esa. 20, 2. $\sigma\alpha\upsilon\delta\ \acute{\alpha}\lambda\iota\omicron\upsilon$ verterunt. Chaldæo autem paraphrastæ, $\lambda\upsilon\delta$ nostrum Ruth. 4. 7. de chirotheca exponenti, non est cur concedamus, usu refragante Biblico, qui id nomen non nisi calceamentorum, idq; generale esse probat. Alioquin $\lambda\upsilon\delta$ illud, ejusdem quidem radices, sed $\acute{\alpha}\pi\alpha\grave{\alpha}\ \lambda\epsilon\gamma\acute{\omicron}\mu\epsilon\upsilon\alpha\upsilon$ (*r*), quod synonymon huic constitui solet, dubium est: quum

&

(*p*) Gen. 14. 23. (*q*) Leigh. Critic. Sacr. (*r*) Deut. 33. 25.

& de alio claudendi modo id apte intelligi queat, sicut alia forma פַּעַל *sera*, pessulus, indidema ducitur. Atque sic breviter absoluta consideratione vocum singularum, evictum habemus voces hasce conjunctim sumtas, כִּיז מְלוּךְ הַעַל significare *domum vel familiam exuti calceo, seu excalceati illius.*

§. II.

IDonea quidem hic occasio non nihil de calceamentis Hebræorum commentandi sese offert: sed *rem eorum calceariam nunc oblivione ita sepultam esse, ut nihil præterea affirmare fas sit, pronuntiat Gussenius (a).* Egit tamen justo opere de hac materia, præter ceteros, Ant. Bynæus (b): verum multa in conjecturas abire

(a) *ad voc. לַעַל. (b) tractat. de calceis Hebr.*

ire fatendum est. Contra Græcorum juxta ac Latinorum uberioribus tum litterarum monumentis, tum sculpturæ pariter ac picturæ veteris reliquiis, de calceamentis earum gentium plura docemur. Mirum autem est nonnullos, inter eos Leusdenium (c), eo devenisse, ut statuerent, Hebræos olim non usos calceis, sed nudis incessisse pedibus: quum tamen vel hoc nostræ loco, & pluribus in scriptura obviis, convincantur (d). Ipsa enim necessitas, inde a prima mundi ætate homines ut multa alia, ita hanc artem adversus soli asperitatem, aërisq; violentiam pedes munien- di, videtur docuisse. Certe etiam in mitiori illa terrarum plaga, jam in

Abra-

(c) *Philol. Heb. mixt. dissert. 38.*

§. 20. (d) *conf. Supran. David! digr.*

1. fol. 377.

Abrahami historia calceorum usus occurrit (e). Quæ vero fuerit figura calceorum apud Israëlitas, aut materia conficiendorum, non æque constat. Ad *formam* quod attinet, notum est, eam apud alias gentes, pro civitatum regionumque discrimine, admodum variare. Sic aliæ calceorum formæ sunt viris, aliæ feminis: aliæ item honoratioribus, aliæ plebejis. Unde & similem in populo Dei diversitatem hæc pedum involucra subiisse, non repugno. Interim tamen simplicissimum genus primæ inter mortales inventionis ausim asserere: quale non aliud esse videtur, quam *solea* seu *crepida* amentata, i. e. loramentis & vinculis decussatim nexis plantæ pedis subligata. Ita enim id genus describit Gellius (f):

quo

(e) Gen. 14. 23. (f) Noct. Att. lib. 3. c. 20.

quo plantarum calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda, & teretibus habenis vineta sunt. Hinc ad crepidas perfectiores & sandalia, inducto superiori pedis parti tegumento, deventum; & postica demum adjecta videtur. Num autem caligarum, peronum, ocrearum &c. usus apud Hebræos fuerit, quemadmodum Heinſius (g) contendit, eos tibiatis calceasse, ita ut caligam in crure ambiret lorum seu corrigia; & num קרו illud (h), & iuxta קרו מאמר (i) ad hoc genus calceamentorum pertineat, an ad primum, seu soleas, definiendum non suscipimus. Certe crepidarum & sandaliorum usum adhuc in multis orientis locis, etiam publice prodeuntibus frequentem esse

(g) Aristar. sacr. c. 7. (h) Gen. 14. 23. (i) Marc. 1. 7. &c.

esse, itineraria restantur (k), & vulgo notum est. Quem morem si quis & apud priscos Hebræos viguisse dixerit, forte non multum a vero abluet. Soleæ namque & sandalia, ob frequentem pedum lotionem, & alias causas, pro re nata facillime deponi potuere. Quem in finem adhibiti videntur servi, qui calceamenta portarent; prout vilissimam illam ministerii partem innuit formula Evangelistæ, *ἰσοδύναμα βασάναι* (l): haud secus ac Græcis Romanisque mancipia *sandaligerula* fuisse discimus (m). Ceterum phrasi illa Davidica *proijciam calcem meam super Edom* (n), in genere quidem subjectionem, & servitutem Edomæorum, Davidis-

(k) confer. *Tevenot. Morgent. rehs. & lib. 2. c. 9. pt. 3. lib. 1. c. 20. & c.*
 (l) *Matth. 3. 11.* (m) *Plaut. Trin. a. 2. sc. 1.* (n) *Psal. 60. 10. & 108. 10.*

vidisque in eos potestatem ac dominium notari constat; ad quem vero ritum respiciatur, interpretes dissentiunt. Quibusdam hoc idem est ac *pedem proferre* in Idu-mæam, quod sit dilatare imperium. Quidam symbolicam *calcei porrectionem* respici putant, quasi ita Edomæos emeret David, quum suæ eos ditioni subjecisset. Alii hoc de ritu devictos conculcandi, seu *calceo cervicibus imposito* intelligunt (o). Verum enimvero quum & traditio calcei non juris adquisiti, sed deserti sit symbolum; & verbum *תלשח* non nisi de rebus, quæ jactu separantur a jacente, dictum reperiatur (p): aptius ad illam *sandaligerulorum cōsvetudinem* hic attendi, & ex re ipsa, & præcedente Moabitarum comparatione

(o) Gejer. in Psal. 60. 10. (p) conf. Guffet.

ne concluditur. Scilicet calcei dicuntur in humeros quasi Edomæorum conjecti, ut eos baju-
lent, aut pulvere conspersos & luto scædatos purgent extergant-
que. Quo ipso David innuit, se eorum opera ad sordidissimam servitutis conditionem uti posse (q). Verumtamen quum pro crepidis argumentamur, eo calceamentorum perfectiorum usum apud Judæos sublatum minime imus. Jam *materiam* calceorum breviter consideremus. Quemadmodum in Græcia Italiaque calceos non tantum e corio bubulo crudo, aut aluta & pelle hædina; sed & ex ligno & subere soleas; immo ex papyro in Ægypto, in India ex corticibus arborum fieri consuevisse, auctores loquuntur (r): ita neque u-
nam

(q) Deyling. observ. sacr. pt. 3. obs. 26. §. 8. § (r.) Dempster. paralip. ad Rosin. Antiq. lib. 5. c. 36.

nam semper rem calceamentis
 Hebræorum materiam præbuisse,
 aut ex corio bubulo ubique ea
 confecta putamus. Certe ligni
 usum ad soleas prima mundi sim-
 plicitas admittere videtur. Sic
 doctores Mischnici (f) memine-
 re *impiliorum*, quæ sunt socci linei,
 aut potius lanei vel cilicei coacti,
 nobis *silt* (t). Similiter Hebræ-
 orum magistri Mosis calceamen-
 ta, quibus in desertis usus est
 pastor, straminea seu juncea fu-
 isse volunt (u), quod suo loco
 relinquimus. Id certius patet,
 juxta corium bubulum vulgare,
 invalescente apud Judæos luxu,
 pretiosiores etiam materias a de-
 licatioribus quæsitæ esse, qualis
 erat pellis taxi seu melis, tan-
 quam

(f) Tit. Jevam. c. 12. (t) conf-
 Selden. de Uxor. Hebr. lib. I. c. 14. &
 Casaub. Exerc. 16. num. 84. (u)
 Scotan. Biblioth. sacr. V. T. t. 2. p. 17.

quam mollis, tenera, elegans: eam enim שׁוֹר (w), non hyacinthum, ut LXX. & vulgatus volunt, notat. Muliebrum præsertim pedum cultus non minus subere eminentiore, coloribus splendidioribus, aliisque ornamentis, quam שׁוֹרֵי (x) *perisælidibus*, gemmis procul dubio auroque coruscantibus, ac inter eundem tinnientibus, luxuriasse videtur: quemadmodum adhuc passim feminis orientalibus crura pedesque torquibus redimire solenne est (*). Sic sandalia Judithæ rapuisse dicuntur oculos Holofernis (y). Forte etiam pretiosis ejusmodi calceis venderunt pauperem (z).

B

§. III.

(w) *Ezech.* 16. 10. (x) *Esa.* 3; 16. 18.

(*) *conf. Terev.* l. c. (y) *Jud.* 16. 11.

(z) *Amos* 2. 6, & 8. 6. *Gejer. de luctu Ebr.* c. 15. §. 1.

Calceorum quidem usum Hebræis, saltim quoties in publicum esset prodeundum, fuisse familiarem diximus: incidisse tamen casus, certasque datas causas, quæ calceamenta deponere, nudisque publice apparere pedibus cogent, ex sacris discimus litteris. I. Non multa dicemus de necessitate ipsa & egestate, quæ complures tenuioris fortis in quavis gente calceorum usu spoliat, ad minimum æstivo sole parcere iis jubet. Ita & inter nos infimam sæpe plebem æstate discalceatam incedere videmus. Inde tamen *plane sine calceis & crepidis antiquos septentrionales inces-
sisse, etiam in itineribus & frigoribus pedes urentibus*, Cl. Sperlingio quis credat? quam ejus assertionem merito erroris postulat Celeb. Rudbeckius (a). In Hebræo
pa-

(a) *Specim. Uf. L. Goth. p. 91.*

pariter populo nuditatem pedum, fuisse indicium paupertatis, exemplum filii aco'asti monstrat (b): quod malum præsertim in captivorum sorte apparuit (c): in cuius rei symbolum Esaias נִדְּעַל discalceatus incedere est iussus (d). II. Neque verbosi erimus in illa calceorum detractioe, quæ *pedes proluturis* & ad mensam *accubituris* erat necessaria: quam consuetudinem in oriente antiquissimam fuisse, & apud Hebræos frequentatam constat (e). III. Pedum nudatio etiam *mæroris* & *luctus inrentis* erat indicium. Sic quum Ezechieli (f) mors conjugis denuntiata esset, simul interdicto cavetur, ne ullum mæ-

B 2

sti-

(b) Luc. 15. 22. (c) 2. Chron. 28. 15. (d) c. 20. 2. 4. (e) Gen. 18. 4. & 43. 24. Jud. 19. 21. Luc. 7. 44. & c. De accubitu vid. Lightfoot. Hor. Hebr. ad Matth. 26. 20. (f) c. 24. 17. 23.

stitiæ affectum proderet; sed contra ad dissimulandum luctum etiam calceos pedibus induceret. Unde facile arguitur, communem apud eos lugentium fuisse ritum, nudis prodire pedibus. Hinc intelligas, cur & David fugam mœstus capessens *an sine calceis* incessisse legatur (g). Posteriores Judæi hunc discalceationis ritum præcipue in funere observandum docent, adeo ut Moses Majmon. etiam *portantes feretrum* dicat *arceri ab indutu sandaliorum* (h). De hodiernis Judæis refert Buxtorfius (i), liberos defuncti, & proximos consanguineos, per VII. dies humi nudis pedibus sedere debere. Sed extendunt Hebræorum magistri (k) & Jonathan paraphrastes hanc consuetudinem

(g) 2. Sam. 15. 30. (h) c. 4. efel. §. 3. (i) Synag. Jud. c. 35. (k) tit. Joma c. 8. §. 1.

dinem etiam ad expiationis fe-
 stum, putantes & tum sandalii
 indutu esse interdictum (l). IV.
 Excalceatio etiam religionis erat
 symbolum, facta videlicet ob lo-
 ci sanctitatem ac Divinae praesentis
 reverentiam. Sic praesentis & com-
 pellantis Numinis Majestatem po-
 sitis calceis venerari jubentur Mo-
 ses & Josua (m). Immo sacerdo-
 tes in tabernaculo, & postmo-
 dum in templo, non nisi pedibus
 nudatis ministrare potuisse, haud
 male tradunt doctores Talmudi-
 ci (n), & viri cum iis eruditi.
 Id enim sequitur tum ex indicta
 pedum lotione, quoties in san-
 ctum intrandum, & res sacra esset
 peragenda (o); tum ex descripti-
 one vestium sacrarum, quae solae sacer-

(l) Gejer. de luct. Ebr. c. 15 §. 6.

(m) Exod. 3. 5. Jos. 5. 15. (n) cod.
 Middoth. c. 1. §. 6. (o) Exod. 30. 19.

sacerdoti ministerium in sancto obituro essent induendæ, & absoluto opere, exeunti deponendæ (p). In quem finem peculiaria etiam conclavia, quæ hiberna tempestate calefieri possent, sacerdotum ministrantium usui ad templum exstructa erant (q). Hic mos latius deinde manavit: adeo ut & Berenice eundem æmulata videatur, quæ votum Deo solutura pro more γυμνόπους *nudipes* obambulasse, eoque habitu etiam ad tribunal Flori prodiisse, apud Iosephum (r) perhibetur. Ita hodieque non tantum præ synagogæ foribus Judæi ferrum habent muro impactum, quo singuli calceos suos, si lutum contraxerint, repurgare debent: sed & crepidas, si eas gestent,

(p) *Exod. 28. 42. Ezech. 44. 19.*

(q) *1. Chron. 28. 11. conf. Michaël. ad b. l. (r) lib. 2. bell. Jud. c. 15.*

ffent, inquinatas omnino exuunt
 (f). Immo discalceatio hæc re-
 ligiosa ad alias quoque gentes
 propagata est. Unde illud Py-
 thagoræ, ἀποπόδησον. Δύε καὶ προσ-
 κύνει, pervulgatum est. De Tur-
 carum oratoriis, de Æthiopibus,
 Franciscanis &c. consulantur a-
 lli. Num autem *omni calceamento-
 rum usu Christus discipulis suis in-
 terdixerit* illo apud Evangelistas
 (t) unde ὑποδήματα, dubitari potest:
 quemadmodum Origenes hoc si-
 bi dictum putans, multis annis
 nullo usus est calceamento, sed
 nudis incessit pedibus (u). Ve-
 rum quum apud Marcum (x)
 diserte ipse iubeat esse ὑποδήμα-
 τος καθήκεια, & Apostoli postea
 calceamentis usi legantur (y):
 non

(f) Buxtorf. Syn. Jud. c. 5. (t)
 Matth. 10. 10. Luc. 10. 4. (u) Euseb.
 Hist. Eccl. lib. 6. c. 3. (x) c. 6. 9. (y)
 Act. 12. 8.

non uno modo hæc conciliare
 aggrediuntur Doctores (z). Mul-
 ti apud Matthæum ἵὸ δὲ ante ὑπο-
 δήματα repetendum putant (a).
 Sed quid sic fiet loco Lucæ? præ-
 fertim quum hic idem inferius
 (b) plane ἀλλ' ὑποδήματα emissos
 discipulos testetur. Proinde alii
 discrimen illud, quod Heinsius
 (c) inter ὑπόδημα & σαρδάλιον in-
 tercedere probat, admittere ma-
 lunt: quorum hoc soleas seu cre-
 pidas, illud calceos totum pedem
 tegentes, significare: hos ceu
 molliores & deliciaiores prohibe-
 ri, idque certa ratione; illas ut
 duriores & parabiliore concedi
 statuunt (d). V. Calceus exutus
 præ-

(z) vid. Gerb. Comment. ad Matth.

10. (a) Chem. Harm. Ev. c. 72. D. Ge-
 zel. ad Matth. 10. 10. Starck. Not. se-
 lect. ad eund. l. 8. c. (b) c. 22. 35.

(c) Exercitat. sacr. ad Marc. 1. 7.

(d) conf. Lightfoot Hor. Hebr. ad

præterea, *in contractu* quolibet, signum erat *attestationis*, ratam judicari juris in alterum translationem (e): de qua re infra (f). VI. De *leviro* ob viduam fratris defuncti neglectam *discalceato* (g) hæc opella agit. Ceterum universam hanc materiam a Cl. V. Casp. Sagittario *diff. de nudipedalibus veterum*, pertractatam docet J. A. Fabricius (b).

§. IV.

REi itaque series jam postulat, ut legem de hac levirorum excalceatione divinitus latam sistamus, eamque propius intueamur.

Matth. 10. 10. Scotan. Biblioth. Sacr. tom. 11. p. 18. D. Maj. Harmon, Ev. pt. 4. c. 17. §. 9.

(e) *Ruth. 4. 7.* (f) §. 6. (g) *Deut. 25. 5. &c.* (b) *Bibliogr. Antiq. c. 18. §. 10.*

amur. Illa autem l. c. (a) Latine versa sic legitur: *Quum habitaverint fratres una, atque eorum unus mortuus fuerit sine prole, non nubet uxor defuncti istius foras viro extraneo: levir ejus ingredietur ad eam, & ducet eam uxorem, prestabitque illi officium leviri. Quo facto, primogenitus, quem pepererit, surget in nomen fratris ejus mortui, ne ipse nomen ex Israele deleatur. Verum si noluerit vir iste fratrem suam ducere, adscendet fratria ejus in portam ad seniores, dicetque: Remittit levir meus suscitare fratri suo nomen in Israel: non vult officium leviri mihi prestare. Et seniores urbis illius accersent ipsum, loquenturque ei: si ille perseveraverit, ac dixerit: Non placet mihi illam ducere: Tunc accedet fratria ejus ad eum in conspectu seniorum, & detrahet calcem ejus de pede ejus, conspuetque*

in faciem ejus : & respondebit illa
 dicetque : Sic fiet viro illi , qui non
 edificaverit domum fratris sui. Et
 nomen ejus in Israele vocabitur : Do-
 mus discalceati illius. Hanc legem
 Maimonides (b) in tria dispescit
 præcepta , duo affirmantia , unum
 negans : I. Fratris absque liberis
 defuncti viduam esse ducendam.
 II. vel calceamentum fratriæ præ-
 bendum ut exuatur. III. Fratri-
 am non ducendam a viro alieno,
 nisi jus leviri ab illa sit remo-
 tum. Multa sunt , quæ Judæorum
 magistri (c) de hac lege monent,
 sed jejuna pleraque & nimium
 scrupulosa. Nos paucas de sen-
 su legis litterali observationes sub-
 necnemus. Id in genere notamus,
 quod & per se patet, legem hanc
 conditione possibilitatis esse intel-
 ligen-

(b) *Hilc. Fib. vachalitz.* (c) *Mischn.
 tit. Jevamoth, nec non commentarii,
 Maimonid. & Ob. Bartenora.*

ligendam : videlicet, ea non obligari personas, quæ ob senium aut quodcunque aliud vitium ac impedimentum physice non essent habiles obtinendo fini, qui erat sobolis procreatio ad hereditatem adeundam. De vinculo morali nonnihil infra (d). Per *fratres* non consanguinei aut cognati, ut multi interpretantur, sed iisdem prognati parentibus sunt intelligendi : quod tum ex proprietate nominis $\alpha\beta$, tum usu adjuncti verbi $\gamma\delta$ (e) manifeste evincitur. Fratres, inquam, germani, $\delta\mu\alpha\kappa\alpha\lambda\eta\mu\epsilon\iota$ quidem præcipue, quos primario hac lege obstringi putamus : non tamen exclusis omnino uterinis, eeu Judæi communiter contendunt, opinati, *non esse fraternitatem, quæ non sit a patre* (f) :
 (nam

(d) *Secl. 2. §. 4.* (e) *Gen. 38. 8.*
 (f) *M. i. man. hile. J. b. v. ab. c. 1.*

nam & hos censemus proprie dictos fratres (g). Phrasi *habitare una*, non directe eos, qui simul in vivis essent, quæ Judæorum interpretatio est; sed qui ita, in eadem potissimum tribu, degerent, ut locorum distantia non plane prohiberet, quo minus levir cum glorie connubio jungi, & bona unienda curare posset, intelligimus. Id de prole seu liberis in genere exponimus: quod & LXX. h. l. per *ἐπίγονα* reddere: quemadmodum & Sadducæi (h) *ἱερούα* dicunt. Idque recte. Nam heic prolem utriusque sexus, adeoque & defunctum plane *ἱερούα* (i), seu improlem intelligi, manifestum est: quum

(g) *conf. Calov. Bibl. Illustr. ad. b. l. Lev. 18. 9. Ruth. 1. 11. conf. Buchn. comment. in Corn. N. Cim. c. 1. (h) Matth. 22. 24. Marc. 12. 19. (i) Luc. 20. 28.*

quum & filia, si eas reliquisset, familiae paternae nomen & hereditatem servare possent (k). Uxor^{is} jus extendunt Hebraei ad eam pariter, quae desponsa modo esset defuncto: quippe quae etiam uxor dicitur (l). Addunt praeterea illi, si mortuus plures reliquerit viduas, non nisi uni earum jus connubii a leviro petendi, calceique detrahendi competere, quia dictum sit: *edificandam esse domum fratris*; ergo unam, non plures. Et si una earum jus leviratus alterutro modo sit exsequuta, reliquas esse immunes. חוץ הוציא vertimus *foras*, i. e. extra familiam mariti. Quod tanto rigore observatum Judaei tradunt, ut si quis alius, ante renuntiationem leviri, se cum fratria misceret, aut eam duceret,

(k) Num. 27. 8. (l) Deut. 22. 24. conf. Luc. 2. 5.

ret, verberibus uterque esset ple-
 ctendus (m). Ad *levirum* quod
 attinet, si plures fuerint fratres,
 hanc legem potissime ad natu-
 maximum pertinere probabile est.
 Qui si aspernaretur fratriam, i-
 tum est ad fratres ordine cunctos:
 sed si illi itidem omnes renuerent,
 primogenito soli calceus est de-
 tractus. Si quis autem reliquo-
 rum fratrum conditionem acce-
 ptaret, primus liber evasit (n).
 Sed si & iste levir ducta fratria
 sine prole decessisset, idem pro-
 cessus cum fratribus superstitibus,
 & sic porro, continuatus est (o).
 Verbum לָוִי exponi solet, *levi-
 ri officium prestare*, aut forte apti-
 us *leviri jure vindicare*, quasi levi-
 rare dicas: quod LXX. hic red-
 dunt $\sigma\upsilon\upsilon\omicron\iota\kappa\epsilon\iota\upsilon$; sed alibi (p), ut &
 Evan-

(m) Selden *Ux. Ebr. lib. 1. c. 12.* (n)

Mischn. tit. Jevam. c. 4. s. 5. (o)

Matth. 22, 24. & c. (p) Gen. 38. 8.

Evangelista (q), *אינא ברוסו* :
 quorum hoc est quasi duplicem af-
 finitatem contrahere. *היהוה* quo fa-
 cto, a nobis redditum, ut obstru-
 eremus Rabbinorum *אפיוורבא*,
 qui contra accentuum rationem
 & rerum nexum, hoc verbum
 jungunt cum proximo nomine,
 idque de leviro primogenito ex-
 ponunt (r): quod tamen de fi-
 lio leviri a tratria suscepto intel-
 ligendum. Phrasis *על שם*
ישיב *על* *שם* *ישיב*
stabit super nomine, vel *surget in*
nomen, i. e. succedet in nomen
 & bona defuncti, ejusque filius
 dicetur (s). De qua successione
 vid. Seldenus (t). Ad portas ur-
 bium lites olim cernebantur, &
 judicia exercebantur (u), sive po-
 sitis illic sedilibus, sive quod do-
 mus

(q) *Matth.* 22. 24. (r) *conf. Maim.*
l. c. c. 11. (s) *Gen.* 38. 8. 9. (t) *de*
success. in bon def. c. 14. (u) *Gen.*
34. 20. Deut. 16. 18. &c.

mus iudicii prope portas esset ex-
 structa (w). □ □ □ Græcis h. l.
 exponitur *γῆραια*, *senatus*, quia
 in eum senes ut plurimum sunt
 lecti (x). Hanc leviratus caus-
 sam Talmudici putant legitime
 cognitam a tribus iudicibus, iis-
 que optimo jure Israëlitis, seu
 Synedrio minimo (y). De calcea-
 menti genere, quo legitima fie-
 ri posset discalceatio, scrupulose
 etiam solliciti sunt Misnici (z).
 Præterea Rabbinii communiter
 exspuendum tantum *coram facie*
 leviri inculcant. LXX. *ἐπιὸς τὴν*
ῥατὴν κατὰ πρόσωπον: ambigue. Sed
 phrasis hic adhibita, & vi & u-
 su suo non nisi sputum in ipsam
 faciem conjectum, aperte infert
 (A). Hæc de littera legis dicta
 sunt.

C

§. V.

(w) Schmid. ad Ruth. 4. 1. (x)
 conf. Seld. Ux. Ebr. lib. 1. c. 15. (y) tit.
 Jevam. c. 12. tit. Sanbedr. c. 1. §. 2. (z)
 Jevam. l. c. (A) Num. 12. 14.

Ritus autem, quos in hoc levirorum negotio observatos volunt Judæorum magistri, nunc breviter edisseremus. Si connubium oblatum levir probaret, res tamen cum triumviris perhibetur communicanda, qui bonum suppeditarent consilium (A), quid factum esset opus. Non enim rem hanc adeo leviri gloriæque potestati permissam dicunt, sed arbitrio judicum committendam, qui de ea pronuntiarent, & an legitimæ forent nuptiæ, decernerent. Tum matrimonium contrahebat levir coram duobus minimum testibus, idque dato nummulo, sacra insuper benedictione & instrumento dotali accedente. Quod si levir, prætermisissis his sollempnibus, cum glorie misceretur, conjugium quidem non irritum futu-

(A) *Jevam. c. 12. §. 6.*

futurum, sed eum ob contumaciam plectendum sciscunt (b). *Discalceationem* autem his ritibus peractam statuunt. Incumbebat fratriæ, levirum de nuptiis primum compellare, & lata repulsa, iudices convenire, qui leviro ad sollemnia renuntiationis diem dicerent. Tempore constituto adfuere triumviris etiam bini minimum alii, ut testes, itidem Israëlitaë, ad rem publicandam necessarii (c). Comparebant sic levir & fratria, sed hæc jejuna, adhibitis etiam testibus: illa tunc rem integram aperiebat. Quæstione hic primum instituta, an trimestre effluxisset tempus a morte mariti prioris, ut constaret, viduam ab illo non esse gravidam; & an levir germanus esset defuncti: inquirebant poro

C 2 ro

(b) *Maim. Hilc. Jib. vach. c. l. (c)*
Bartenor. ad l. c. Jev. §. 8.

ro iudices in ætatem utriusque, & pluscula alia momenta, quæ legis hujus effectum interpellare possent. Demum expresse rogabatur levir, utrum fratriam ducere, semenque fratri demortuo suscitare vellet, nec ne. Renuenti bono dato consilio svadebant iudices, ne sineret stirpem fratris intercidere. Quamquam successionem temporis per Rabbinos ordinatum est, ut levir ad calcei potius detractionem, quam nuptias cum glorie, sit hortandus (d). Sin vero persisteret ille in proposito, traditum ipsi volunt, non impilium aut nudam solem, sed calceum pelliceum calce instructum, peculiariter confectum, quem pedi dextro indueret, & corrigiis alligaret. Cum levir, tum fratria, si ignari essent, in antecessum a iudicibus docendi erant

(d) Buxtorf. Synag. J. c. 30.

erant sacra illa Deuteronomii de hoc actu verba expedite recitare, idque Hebraice, qua sola lingua renuntiationem hanc fieri legitimam putabant. Accedens itaque fratria hanc legis sententiam Hebraice pronuntiabat: *Renuit levir meus suscitare semen &c.* Quam excipiebat statim levir eadem lingua: *Non placet mihi illam ducere.* Quo facto, reclinatoque paullum corpore ad parietem, pedem ille dextrum protendebat. Tunc fratria posito altero genu incurvata, manu dextra solvebat corrigias calceamenti, idque exutum projiciebat in terram. Hinc erecto corpore, inspectantibus judicibus coram leviro humi expuebat, (*correximus ante (c)*) ita conversa, ut judices discernere possent, an merum esset sputum. Hisce ita peractis, intensa voce
 reci.

(c) §. 40.

recitabat sequentia: *Sic fiet viro illi, qui non edificaverit domum fratris sui. Et vocabitur nomen ejus in Israele: Domus discalceati illius.*

Tunc clamore sublato ab universo præsentium cœtu, ter ingeminabatur illud: *עָוָה עָוָה עָוָה* *exutus calceo, exutus calcea, exutus calceo.* Gravem heic quæstionem Rabbinum movent, quomodo fratria, manu carens dextera, calceum solvere possit. Quam ridicule multi decidunt, licere in tali casu dentibus ad solutionem uti (f). Negotio sic absoluto, magistris insuper visum fuit, ut fratriæ *testimonium* sive libellus forensis a iudicibus exhiberetur, ex quo ceu synedrii actis publice constaret, rem legitime esse peractam, fratriamque ita renuntiatam cuilibet jam alii nubere posse. Instrumento huic subscribere

(f) *Buxtorf. l. c.*

re duo aut tres, ut testes: quod non ipsi tantum iudices fecere, sed & quilibet alii, qui disalceatum spectarunt: nam & femina, servus, minorennis, in hoc casu testari potuit. Formulas libelli ejusmodi, nec non instrumenti dotalis si nuptiæ sint electæ, ex Maimonide sistunt Seldenus (g) & Surenhufius (h).

§ VI.

QUOD vero ad illum exalceationis casum, cujus mentio fit apud Rutham (a), attinet, varix de eo sunt Doctorum sententix. Ibi proximo Machlonis cognato, si agrum, quem jure consanguinitatis vindicare potuit (b), redimere vellet, Ruthæ quoque Machlonis viduæ ducendæ obligatio

(g) *Uxor. Ebr. lib. 1. c. 14.* (h) *Prefat. cod. Talmud. Naschim, (1) cap. 4.* (b) *Lev. 25. 25.*

gatio injuncta est. Quam conditionem cum recusaret, calceo exuto jus *ἔρσημης* deseruit, prædiumque redimendum & Ruthā ducendam vindici post se proximo Boaso cessit. Vindicis illius prioris פלוני אלשוני nomen fuisse Tob. (c), eumque fratrem Elimelechi, utriusque autem fratrem Salmonem, qui pater fuit Boasi, putant Hebræi. Grotius vero vindicem istum, non gradu, sed nascendi ordine priorem Boaso facit, quia fratres fuisse opinatur. Sed hæc incerta sunt. Id tutius dixisse sufficit, neutrum horum vindicum, de quibus textus continuo מלני, nusquam מלני adhibet, defuncti Machlonis fratrem fuisse, sed consanguineum tantum, unum propinquiore eundem gradu, alterum paullo remotiori contingentem: quoto autem, frustra

(c) ex Ruth. 3. 13.

fra, quæritur. Hanc cognati dis-
 calceationem plurimi interpre-
 tum a lege illa (d) de leviro ex-
 calceando repetunt: non uno ta-
 men omnes modo. Qui allega-
 to Deuteronomii loco per fra-
 tres non nisi cognatos intelligi
 contendunt, hunc casum illi pro-
 prium ejusdem legis objectum
 faciunt. A quibus dissensum no-
 strum supra (e) testati sumus.
 Alii legem illam de ducenda de-
 functi uxore, & excitando ipsi
 semine sub pœna excalceationis,
 non tantum ad fratres, sed alios
 quoque propinquos intentione di-
 vina pertinuisse existimant. Quod
 & D. Seb. Schmidius (f) hac
 ratione probat. *Si etiam frater
 defuncti, cui alias uxor fratris pro-
 hibita fuit, a lege Deut. 25. non ex-
 cipi debuit: multo minus alii cognati,*
 qui-

(d) Deut. 25. 5. &c. (e) §. 4. (f)
 Annot. in lib. Ruth.

quibus illa nunquam fuit prohibita. Grotius autem, cujus sententiam & D. Calovius (g) amplectitur, statuit legem dictam Mosaicam directe quidem solos obligare fratres: *sed auctore tamen consuetudine a fratribus productam ad consanguineos alios.* Ceterum re diligentius perpenſa, quum nostri non sit arbitrii legem illam levirorum ultra expressam ejusdem litteram extendere, rationem hujus casus aliunde arcesſendam putamus. Scilicet manifeste apparet, heic non primario agi de nuptiis viduæ, & prole defuncto excitanda; sed de agro hinc abalienando, illinc vicognitionis redimendo: adeoque hunc actum nisi lege illa Levit. 25. lata. Et licet lege hac non præcipiatur, ut redemptor prædii simul viduam, si quæ adsit, ducat:

(g) *Bibl. illust. ad h. l.*

cat: liberum tamen erat abalienanti peculium, certas quasdam vindicanti præscribere condiciones, quales hic erant nuptiæ cum Rutha, quas tanquam appendicem seu clausulam emtioni agri Noomia annectebat. Nimirum illa, quum hereditatem mariti ob egestatem abalienare cogeretur, eo ipso tum sibi tum nurui morigeræ de statu tranquilliore (b) prospicere cupiebat, & simul curare, ut memoria filii defuncti quodammodo renovaretur. Quod futurum sperabat, si Rutham cum agro emtori posset collocare, qui ex ea prolem susciperet. Qui finis quidem convenit cum fine legis Deut. 25. non tamen ab ea pendet: siquidem Rutha salva lege vel innupta manere, vel cuilibet alii nubere potuisset. Quum itaque ob
anne-

(x) Ruth. 3. 3.

annexam hanc conditionem cognatus iste jure vindiciarum ipse uti nollet, illud sollemniter Boaso cessit, idque calceo sibi detracto, in certius rei testimonium, contractusque confirmationem. Hic enim ritus porrecti calcei tum temporis in omni venditione & permutatione viguit, tanquam symbolum & signum juris ac domini alienati, & in alium translati. Pro more ergo contractuum & Boaso hac carmonia, potestas posthac pro arbitrio in agro ambulandi, eumque libere, ut possessionem suam calcandi, est permessa. Ex quo apparet, male hunc ritum cum illo Deut. 25. confundi, ut jam viri celebratissimæ famæ, Seldenus⁽ⁱ⁾, J. B. Carpzovius^(k), Gezelius

(i) *success. in bon. defun. c. 25.* (k) *Colleg. Rabbin. philol. in Ruth.*

us (l), Buddeus (m), Rambachius (n), observarunt. Nam hæc actio non dicitur facta ad normam legis, quæ alium plane modum præscribit; sed ex consuetudine & more tunc recepto (o). II. Heic homo, qui jure suo cedit, ipse sibi calceum detrahit: lex autem id mulieri redimendæ injungit, quæ tamen hic ne intuisse quidem actui, sed domi se continuasse legitur. III. Mosaica illa discalceatio in poenam & ignominiam, accedente etiam sputi macula, fieri debuit; hæc in sollemnitatem tantum & firmamentum contractus, sine sputo & infamia, est facta. IV. Hæc denique usitata dicitur non in hoc solum casu, sed & in omni contractu de rebus alienandis

(l) Op. Bibl. ad b. l. (m) Hist. Ec. V. T. tom. 1. p. 937. (n) Not. uber. in Ruth. (o) c. 4. 7.

dis. Præter alia, quæ luculentum intercedere discrimen evincunt (p).

Sectio Moralis.

§. I.

Visa sic breviter discalceationis hujus historia, sequitur, ut momenta nonnulla de affectionibus ejusdem moralibus obiter perstringamus. In limine nos haud parum turbat discrepantia illa, quæ inter hanc Deuter. legem, de mandatis leviri cum fratria nuptiis, & aliam de iisdem vetitis (a), est conspicua. Quæ quum adversa inter se fronte pugnent, in rationem ejus rei inquiramus necesse est. Sed in gravem hic incidimus quæstionem, magnis eruditorum dissidiis agitatum,

(p) conf. Jo. Ja. Ramb. ad b. l.

(a) Lev. 18. 16.

tam, nec nostro expediendam ju-
 dicio, quæ est de prohibitione
 conjugiorum intra propinquos
 consanguinitatis affinitatisq; gra-
 dus. Sunt qui ex lege naturali
 absoluta hoc interdictum dedu-
 cant, ex ipsa naturæ nostræ con-
 ditione argumenta quærentes, cur
 ejusmodi conjunctiones sint illi-
 citæ. Graviter autem hac de re
 censet Grotius (b); *Causas certas
 & naturales, cur talia conjugia, i-
 ta ut legibus aut moribus vetantur,
 illicita sint, assignare qui voluerit,
 experiendo discet, quam id sit diffi-
 cile, immo præstari non possit. Nam
 & rationem illam de amicitiiis
 per affinitates diffusas latius spar-
 gendis leviolem esse idem obser-
 vat, quam ut quod contra fiat,
 illicitum censeri debeat, eo quod
 minus utile videri possit. Quin*

si

(b) *Jur. bell. & pac. lib. 2. c. 5. §.*

si contendantur cum iis hereditates intra familiam servandæ, hærebit forte ratio. Multi itaque his difficultatibus pressi, sola connubia personarum in linea adscendente & descendente juri naturali vindicant, provocantes ad affectus humanos, qui a tali commixtione abhorreant; præsertim ad pudorem, qui insigniter intendatur adversus eos, quibus reverentiam natura debemus (c). Alii obligationum confusionem urgent, quia nec maritus eam reverentiam, quam natura exigit, præstare possit matri, nec filia patri (d). Sed multa & iis opponit Christ. Thomasius, tanti ea ponderis non esse, ut rem expediant, contendens (e). Hanc

(c) Pufend. *Jur. N. & G. lib. 6, c. 1. §. 32.* (d) *Grot. l. c. Budd, Philos. Part. pt. 2. c. 4. sect. 10. §. 10.* (e) *Instit. Jurispr. Div. lib. 3. c. 2.*

tamen litem non facimus nostrā. Ceterum de matrimoniis graduum in limite transverso seu linea collateralī, quæ nostri nunc sunt instituti, tutius pronuntiamus, nullam nobis hæctenus constare rationem, qua convincamur, ea legi naturæ adversari. Nam I. nullam necessariam ejusmodi interdicti connexionem cum natura hominis rationali videmus: quia neque istæ conjunctiones societatem humanam per se turbant, neque in iis quidquã ratio deprehendit, quod naturæ & fini matrimoniorum sit adversum. II. Unde ne in cultiorum quidem gentium institutis hujusmodi connubia semper fuisse dedecori, quum nulla satis valida prohibendi ratio natura suppetere, discimus. Sic neque Cimoni turpe fuit, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in

D

MATRI-

matrimonio, quippe quum cives ejus
 eodem uterentur instituto (f). III.
 Sed contra inter saniores omnes
 in confesso est, jus naturæ & im-
 mutabile esse & indispensabile: adeo
 ut neque abrogetur unquam,
 salva manente natura nostra ra-
 tionali; neque mortalium quis-
 quam ab obligatione ejus aut
 excipiatur, aut excipi possit. Si
 enim Deus id quoad certos actus
 tolleret, seu obligationem ejus
 solveret, hoc perinde esset, ac si
 permitteret hominem contra na-
 turam suam agere, h. e. non ho-
 minem esse: quod secum pugnat
 (g). Hoc autem interdictum nu-
 ptiarum in gradibus collateralibus
 aliquando relaxatum esse, vel
 nostro leviratus exemplo constat.
 Præterea initio genus humanum
 necessario per fratrum sororum-
 que

(f) Corn. Nep. præfat. (g) Budd.
 Phil. Pract. pt. 2. c. 4. sect. 1. §. 10.

que conjugia multiplicari debuit. Unde valide arguitur, matrimonia liberorum Adami contra jus naturæ non fuisse: alioquin totum genus humanum ex incestu, & Deo quidem auctore, fuisset propagatum: quod sine contumelia in Creatorem dici nequit. Verum vir Celeber, Buddeus, quum antea (b) hæc conjugia ex lege positiva repetiisset, postea (i) mutata sententia, aliam difficultates heic emergentes expediendi viam ingressus est, prohibitionem eorum ad legem ipsam naturalem revocando, facta inter leges *absolutas* & *hypotheticas* distinctione. Ad has, quæ institutum aliquod, hoc quidem loco matrimonium, supponunt, interdicta hæc connubia pertine-

D 2

re

(b) *l. c. sect. 10. §. 10. 11.* (i) *Theol. Moral. pt. 2. c. 1. §. 11. nec non c. 3. sect. 6. §. 11.*

re dicit. Ita plana cuncta, & in aprico posita, optimeque esse cohærentia, & dubia facillime omnia solvi posse autumat. Inde etiam sequi, etsi leges istæ universales sint, ut tamen Deus possit matrimonia his contraria aliquando tolerare. Sed pace tanti nominis profiteri fas sit, aut nos rationem legum hypotheticarum non plene adsequi, aut virum magnum hic in demonstrando deficere. Nam quamquam leges istæ hypotheticæ ab instituto aliquo sive divino sive humano pendent, necessitatem nihilominus earum, posita illa conditione, oportet naturali ratiocinio posse liquido demonstrari, quia etiam illis manifestus cum natura humana intercedit nexus. Ast ejusmodi nexum hujus interdicti frustra quæri, supra monstravimus. Porro, de tolerantia jam non

non disputamus: sed quid quæ-
 so fiet, si & contrarium plane
 Deus serio mandet, ceu in hoc
 casu fieri videmus? Annon hæc
 manifesta est dispensatio? Quæ
 quomodo cum indispensabilitate
 legis naturæ conciliari queat, ra-
 tionem a parte Buddei merito de-
 sideramus.

§. II.

Postquam itaque ab his colla-
 terantium linearum conjugis
 naturalem sumus turpitudinem
 amoliti, nihil superest aliud, quam
 ut causam, cur ea in vetitum
 iuerint, a lege aliqua divina posi-
 tiva dicamus repetendam. Cujus
 autem legis qualitatem exactius
 determinaturi, in eas nos con-
 jicimus angustias, unde quomo-
 do nos extricemus, vix reperi-
 mus. Certe nisi & ipsi perplexi-
 tatem materiæ experiendo didi-
 cis-

cissemus, vel infinita heie litigia,
 & magnorum virorum fluctua-
 tiones terrere nos poterant. De
 lege ista, utrum *particularem* præ-
 stet dicere, *an universalem*, quæ-
 ritur. Tertium enim cum ratio-
 ne statui nequit. Quidquid hic ele-
 geris, utrobique hærebis. Par-
 ticulari obstat ejus etiam ad Ca-
 nanæos facta extensio (a). Uni-
 versalem premit demonstrandæ
 promulgationis difficultas. Et
 quanquam in admittenda lege
 universali positiva Grotius vacil-
 lat (b), Buddeus sententiam su-
 am retractavit (c), & Thomasi-
 us, vindicata primum illa lege (d),
 postea ut totum de jurispruden-
 tia divina systema, ita & men-
 tem suam de hac re mutavit (e):
 quan-

(a) Lev. 18. 24. 25. 27. (b) De jur.
 B. & P. lib. 2. cap. 5. §. 13. 14. (c)
 vid. §. preced. (d) Instit. Jurisprud.
 Div. lib. 1. c. 2. 63. sqq. & passim (e)
 Fundam. juris N. & G. lib. 1. c. 5.

quantum tamen vel hæsitatione,
 vel contrariis assertis sint lucrati,
 fatemur nos adhuc non perspi-
 cere. Fuere vero nihilominus vi-
 ri clarissimi, qui hanc *de legibus*
positivis divinis universalibus sen-
 tentiam defenderent, & probari
 posse confiderent (f). Quibus si
 tantisper nos adjunxerimus, non
 temere fecisse existimabimur. Cer-
 tiora harum legum *uoluptas*, ubi
 primum constiterit eas necessari-
 am cum naturali ratione conne-
 xionem non inferre, hæc solent
 poni: I. Si ante rempublicam Ju-
 daicam latas esse appareat (g). II.
 Si & alia gentes ob earum migrati-
 onem punitæ legantur. III. Si in no-
 vo adhuc fœdere urgeantur. Hæc
 autem

(f) Hochstett. Colleg. Pufend. exerc.
 2. §. 19. Titius observ. in Puf. off. H.
 & C. lib. 1. c. 3. n. 91. Danth. Ho-
 dof. phen. 6. §. 2. & alii. (g) Quod ad
 circumcisionem eade extendas.

autem *καὶ ἕνα* non necessario conjunctim demum putamus valere; sed sufficere, si unum alterumve adsit, ubi universa locum habere nequeunt. Quod itaque ad jus illud connubiale consanguineorum & affinium attinet, ut primum de II. *καὶ ἕνα* dicamus: id tale non esse præceptum, quod solos adstringat Israelitas, sed quod homines universos, luculenter colligitur ex allato Levitici loco: ubi *populi expellendi* dicuntur *omnibus istis polluti: immo indigene terra fecisse omnes istas res abominandas, iisque polluisse terram, qua ideo eos expueret.* Atqui puniri haud poterant, nisi prævio delicto. Atque infra (b), *omnibus iis perpetratis, inter quæ & cum fratria conjugium, iidem Deo detestabiles facti perhibentur.* Si igitur Cananæi peccarunt ta-

(b) Lev. 20. 21. 23.

lia committendo, sequitur, ut lex eos obligans præcesserit, quam violarent. Illam vero ipsis peculiariter esse datam, ne specie quidem ulla veri asseritur. Quod autem excipiunt nonnulli, locutionem universalem restringendam esse ad præcipua ejus capitulis, ut de concubitu cum masculis, bestiis, parentibus, sororibus, nuptis alienis: manifestam censemus vim fieri sacro textui, si quilibet hypothese suæ serviendi libidine, clarissimam pervertere litteram, locutionesque laxissimi ambitus in arctum adeo cogere audeat. Jacobi, duarum sororum mariti, exemplum, quod in specie objicit Grotius (i), nihil contra concludere, ex dicendis patefcet. Ad III. *καὶ ἵππων* huic juri applicandum adducitur illud Johannis effatum (k): *ὅτι ἐξ ἑσ.*
hauit

(i) l. all. §. 14. (k) Matth. 14. 4.
 Marc. 6. 18.

*haud licitum est tibi uxorem fratris
 tui tenere.* Verum obverti pos-
 set, hoc præter rem adferri, quum
 Antipas Philippo (1) adhuc vivo
 uxorem eripuerit, adeoque hic
 adulterium castigari. Verum
 phrasis illa γυναικα Ἰσραὴλ φῶς, qua
 sic non fuisset opus, majori pol-
 let emphasi, quam ut ita se elidi
 patiatur. Porro exemplum hoc
 a populo Judaico, stante eorum
 politia, petitum, non videtur
 huc quadrare. Sed resp. ut com-
 mixtionem cum noverca (m), i-
 ta reliquas incestus species etiam
 Christianis interdictas arbitramur.
 Ut jam ad I. κρηπίδιου redeamus,
 fatendum est, promulgationem
 hujus juris ante Moysen liquido
 monstrari non posse. Verumta-
 men quia ex dictis valide confi-
 citur, universale id esse, omnes
 obstrin-

(1) de quo vid. Casaub exercit. 13. n.
 26. Deyling. obs. sacr. pt. 2. obs. 26.
 §. 18. 19. 20. (m) 1. Cor. 5, 1.

obstringens mortales: promulgatum idem aliquando omnibus sit, necesse est, quum alias obligare non posset. Nam probata rei existentia, productio ejus, licet modus tempusq; lateat, haud temere neganda est. Potuit siquidem, post prima fratrum sororumq; cōnubia, promulgatio hæc fieri primis humani generis progenitoribus, Adamo aut Noacho: quum ceteroqui traditio Hebræorum de præceptis Noachidicis non omni forte fundamento destituatur (*). Neque enim referre putant illi, quod id a Mose suo loco narratum non sit: quia satis habuit hoc in lege ipsa tacite indicasse, quum gentes extraneas eo nomine damnat. Multa namq; talia esse in lege, quæ non temporis ordine, sed ex occasio-

ne

(*) *conf Seld. de jur. N. & G. juxti disc. Ebr. & Budd. Philos. Ebr. §. 4. lit. r.*

ne dicantur (o). Præterea hæc fratrum præsertim sororumque conjugia, nefas plerumque etiam institutis profanarum gentium, quibus tamen ratio ejus rei natura non suppetebat, conferi videmus: manifesto argumento, veterem traditionem & communem de hac lege famam ubique esse propagatam. Progressu tamen temporis multa hujus interdicti in desuetudinem & oblivionem abiire: unde & pii homines, communi abrepti more, per ignorantiam aliquando contrarium admisere: quod Deus in iis tantisper toleravit, donec denuo idem interdictum luculenter renovatum litteris per Moſen conſignaret. Supremus vero legislator Deus, qui nihil frustra agit, & heic juſtas naturalem matrimoniorum libertatem reſtringen-

di

(o) *conf. Gros. l. c. §. 13.*

di causas, rationi non adeo obvias, habuisse putandus est. Præter generalem illam, quam ipse addit, *propinquitatem sanguinis*, etiam speciales aliæ subesse poterant rationes. Quorsum referenda videtur illa, ab Hebræis inculcata, ne quarundam personarum convictus quotidianus & inobservatus, qualis consanguineorum & affinium sæpe esse solet, inde a tenera juventute, concubitibus libidinosis, stupris & adulteriis occasionem daret, si tales amores nuptiis possent conglutinari (p).

§. III.

Vidimus sic hasce tum proximorum consanguineorum ex transverso limite, tum affinium,

(p) *Id. l. c. Selden. l. c. lib. 5. c. 10. Budd. Theol. Mor. pt. 2. c. 3. sect. 6 §. 12. Alb. Rip. Diff. de legib. divin. p. 27. &c.*

nium, in iis leviri cum fratria nuptias (4), non jure quidem naturali, verum *positivo divino*, eo-que *universali* prohiberi. Unde expeditior nobis via patet, dispensationem hic factam demonstrandi. Nempe sicut de lege positiva humana quilibet legislator ipse, pro re nata & gravioribus de causis, dispensare potest, quia illa ab ipsius arbitrio pendet: ita & hoc generale de leviri glori-que conjugio interdictum, dispensatione relaxari potuit, quippe quod necessarium cum natura hominis rationali nexum non habet, sed a jure positivo, seu voluntate divina peculiari est arcesendum. Hæc tamen de eo dispensandi potestas non nisi auctori ipsi, summo Numini competit. Et quemadmodum *dispensatio est peculiaris alicujus solutio ab obli-*

(4) Lev. 18, 16. & c. 20. 21.

obligatione legis communis (b): ita hanc in leviratus casu factam dispensationem dicimus esse legem plane singularem ac mere forensam, ad solam Hebræorum politicam adstrictam, ob finem singularem (c), ad eoque non latius extendendam. Quæ itaque ratio moverit summum Numen ad eximendos ab interdicti universalis vinculo Israelitas, jam breviter dispiciendum est. Quandoquidem hoc idem institutum de familia fratris sine prole defuncti reparanda, jam ante rempublicam Hebræorum, etiam inter liberos Jacobi (d), viguisse legimus: numquid ergo Deus populo huic consuetudini adsveto gratificaturus, legem suam eidem attemperavit? Verum id neque severitati hujus legis, ne-

(b) Pufend. de Off. H. & C. l. 1. c. 2. §. 9. (c) Calov. Bibl. Ill. ad Deut. 25. (d) Gen. 38. 8.

neque sanctitati Numinis satis est
 conveniens, si in gratiam solius
 consuetudinis contra legem re-
 ceptæ, obligationem remisisse
 statuatur. Attamen quod mos
 iste in familiam Israelis tempesti-
 ve est introductus, casu id for-
 tuito neutiquam accidisse dixerim.
 Unde potiores ferendæ hujus le-
 gis rationes Deo has fuisse opi-
 nantur interpretes: I. *ut distinctio*
tribuum ac familiarum servaretur:
 II. *ne hereditates & possessiones tur-*
barentur: III. *ne familiarum numerus*
semel constitutus (e) minueretur (f).
 Hosce autem fines, tanquam in-
 termedios, in intentione divina
 fuisse ob finem ulteriorem: qui
 non *politicus* tantum erat, ad ra-
 tionum confusiones, litesque de
 permixtione possessionum evitan-
 das: sed & quam maxime *Theo-*
logicus, ad demonstrandam exa-
 ctissimi

(e) Num. 26. 53. (f) Pol. Syn. Crit.
 ad h. l.

ctissimam vaticiniorum veritatem de Messia, ex tribu Judæ ac familia Davidis oriundo. Quo quidem in puncto diligenter adeo providentia divina vigilavit, ut postea nascente Christo genealogia ejus inde a Davide, & patriarchis repetita, universo orbi monstrari posset (g). Sublatis jam his causis, Messia nempe exhibito, possessionibusque Hebræorum una cum Politia eversis, locum amplius hæc lex non habet, nec quisquam, fratrem suam ducere ultra potest, sed interdicto generali adstringuntur omnes mortales: quod & ipsi Judæi anathemate hodie caverunt, teste Fagio. Verum enimvero re aliquanto curatius excussa, liceat venia eruditorum, quod verum nobis heic videtur, intrepide pronuntiare: rationes hæc allatæ scopum minime feriunt. Non enim perspicere valemus, quid hæc leviratus causa ad fines, qui hic laudantur, servandos tribuerit, quum isti absque hoc subsidio aliter, per connubia graduum ejusdem familiæ paullo remotiorum facile obtineri

E

pos-

possent. Aptiorem itaque legis hujus rationem quærendam putamus. Atqui eam ipse legislator discrete indicat: *וְלֹא יִמְחָה שְׁמוֹ מִיִּשְׂרָאֵל* *ne deleatur nomen ejus de Israele* (b). Nostra ita fert sententia, peculiare hic caritatis præceptum inculcari. Scilicet præterquam quod homines communiter cupiunt & nomen & bona sua in liberos propagare, huic genti singulariter, in proauctoribus ipsius, Abrahamo (i), Isaaco (k), Jacobo (l), amplissimæ factæ erant promissiones, genus eorum in immensum iri multiplicatum, tanquam in præcipuum benedictionis divinæ argumentum. Inde in maxima felicitatis parte apud eos positum est incrementum familiæ per liberos (m), singulique hanc benedictionem participare summo desiderabant opere. Contra prole carere, maximo tunc erat dedecori, & supplicii loco numeratum (n), ceu maledictionis gravissimæ ac cælest-

(b) v. 6. (i) Gen. 13. 16. & e. 22. 17.

(k) Gen. 26. 4. (l) Gen. 28. 14. (m) Gen. 49. 25. Psal. 127. 4. 6. & c. (n) 1. Sam. 1. 6. Ose. 9. 11. 12, Gen. 29. 23.

Testis indignationis documentum. Ne itaque avitæ benedictionis expers, & contra maledictionis, in ignominiam alioquin & pœnam horrendis flagitiis addictæ (o), particeps censeretur, cui contingeret sine liberis decedere: in solatium orbitatis, & ad levandam tum ipsius, tum propinquorum conscientiam, hoc privilegium concessit Deus optimus, quo ipso & dolendi causam de nomine e libro viventium (p) eradendo sublatam voluit. Hinc in lege ipsa actus iste non modo *exstructio domus*, verum & *suscitatio nominis* vocatur. Cur vero a fratre, quem lex universalis ceteroquin arcuit, officium hoc exigebatur, & non a quolibet alio? Existimamus hoc quantumcumque est oneris, justius germano esse impositum, ad declarandum fraternæ miserationis ac pietatis affectum, maxime alias commendatum (q). Quare si secus fecisset frater superstes, non vi quidem cogendum ad officium hoc humanitatis censuit Deus: pœnam tamen ei igno-

nc-

(o) Lev. 20. 20 21. (p) de quo via. Danth. Hodof. phenom. 7. append. (q) Psal. 133. 1.

nominiosam sanxite, tam ob con-
 temtum legis divinæ, quam negle-
 ctum fraternæ caritatis, quod, quan-
 tum in se erat, nomen fratris e so-
 cietate humana deletum & oblivio-
 ne sepultum, adeoque benedictio-
 nis communione spoliatum cupiis-
 set. Facies namque sputo conspur-
 cata summæ cedit ignominia (r): at-
 que altero præsertim pede discalce-
 atum in publicum prodire, ridicu-
 lum nimis & lano homine est in-
 dignum: ut nihil de alienati juris
 symbolo addamus. Pariter quod fa-
 miliam fraternam quasi extinctum
 ivisset, ipsius vicissim familia pro-
 broso discalceati progenitoris no-
 mine erat notanda. Ubi ñ demon-
 strativum non sine insigni emphasi
 est adjectum, quoniam levir ejus-
 modi, in opprobrium *æsoptias* &
 malignitatis, ab omnibus exserto
 quasi digito monstrandus erat:
ecce iste discalceatus. Legem hanc ni-
 hilominus singularem, & ad gentem
 Israeliticam, donec jure participan-
 dæ benedictionis avitæ gauderet,
 fuisse adstrictâ, ipsa legis littera in-
 nuat.

§. V.

(r) Num. 12, 14.

§. IV.

Superest, ut unum momentum alterumque de objecto hujus legis expendamus. In genere itaque, *an lex nostra singulos leviros, nemine excepto, praterquam quos ipsum naturale impedimentum prohiberet, ratione, qua supra indicatum, obligaret, quaritur.* Varia hic interpretamenta & subtilitates quamplurimas formarunt Hebræorum magistri (a). Nos de illustrioribus solum, quæ huc attinent, exceptionibus, paucis agemus. I. De rege primum oritur dubium, num & ille hac lege teneretur. Quamvis Rabbini cõmuniter de regia majestate nimis abjecte sentientes, ipsum principem, synedrii magni sententia, etiam flagris obnoxium fuisse dicant: a quorum partibus hic stare Schickardum (b), nec procul abire Seldenum (c) miramur: in hoc tamen leviratus negotio honori regis consultum voluere, ipsum ab hac lege immunem fuisse pronuntiantes, quod ignominiosum nimis & principis dignitati

(a) *Misch. rit. Jevam.* (b) *Jur. reg. Heb. 1. 2. theor. 7.* (c) *de synedr. c. 9. n. 5.*

tati esset indecorum, sputo pollui-
 & calceo spoliari, si renuntiasset (d).
 Quæ sententia nec nobis videtur
 improbanda. II. Similiter *pontificem*
maximum hac obligatione ducendæ
 fratriæ solutum ajunt Hebræi, quia
 singulari lege (e) interdictum illi est
 matrimonium cum vidua. Quod &
 nos haud gravatim acceptamus.
 Quod autem volunt Talmudici (f),
 calceum ei nihilo secius detrahen-
 dum fuisse, id absurdum & ludibri-
 um tantum legis existimamus. III.
 Sed de fratre *conjugato*, numnam
 & cum lex isthæc feriat, in diver-
 sa itum est ab interpretibus. Judæi
 de eo nihil ambigunt (g). Christia-
 norum autem plerique levirum quæ-
 libet, qui uxori ante esset alliga-
 tus, excipiendum statuunt, ne pe-
 riculum confirmatæ ab ipso Deo po-
 lygamia incurrant. Rationem eru-
 unt ex ipsis textus verbis, *habitare*
una, quibus non nisi cœlibem, qui
 cum fratre in eadem degere possit
 fami-

(d) *Talm. cod. Sanhed. c. 2. conf. not.*
C. cor. 5. eld. l. ix. Ebr. lib. 1. c. 10. (e) Lev.
21. 3. 1. (f) Sanh. l. c. (g) conf. Seld. l.
c. c. 4.

familia, indicari putant (b). Ast debilitas hujus rationis facile se pro-
 dit, phrasisque a nobis aptius, ut
 speramus, supra est explicata (i).
 Præterea inanem esse metum istum
 arbitramur: siquidem *Deus*, qui pro-
 pter semen fratri super hereditate exci-
 tandum dispensavit, ut frater defuncti
 duceret fratricam alias prohibitam, non-
 ne simul etiam dispensare potuit, ut
 duas quis uxores habere posset? gra-
 viter arguente D. Seb. Schmidio (k).
 Interdictum enim *παλυγυρίας* non
 nisi juris esse positivi, adeoque dis-
 pensabile, rationibus obtinebis. IV.
 Quæ denique connubia nomine *ince-
 sti* & pœna excisionis in Levitico
 alioquin erant interdicta, ea & hic
 leviro fuisse illicita docent Hebræi,
 si fratria ipsum his gradibus attigis-
 set. Nos distinguendum putamus.
 Nam sicut de gradibus in linea pro-
 pinquitatis transversa constituere,
 legis est positivæ: ita hætenus suf-
 ficientem non videmus rationem,
 quæ obstet, quo minus a Deo, ut
 in

(b) vid. Pfeiff. Dub. Vex. ad b. l. (i) Selt.
 1 §. 4. conf. Hackspan. not. philol. ad b. l.
 (k) Annot. in Ruth. 4. 6.

in ipsa leviratus substantia, ita in hisce ejus accidentibus dispensatio fieri potuerit. Ex. gr. sunt fratres *εὐνοῦχοι*, sed a diversis matribus: sic vidua fratris defuncti poterit esse superstitis matertera (1). Ceterum de gradibus adscendentium & descendentium aliter videtur statuendum. Ex. gr. Simeon ducit Jochebedam, cui ex priore marito filia est Bilha: hanc ducit pater Simeonis, atque ex ea suscipit filium Danum. Sic uxor Simeonis est avia materna Dani fratris ejus. Num ergo Jochebed, mortuo Simeone, hoc leviratus privilegio nubere potuit nepoti suo Dano? Id quidem affirmare non audemus: licet apodicticæ non suppetant rationes, naturalem interdicti de his gradibus indispensabilitatem demonstrandi. Verum plenam hujus nodi evolutionem a nobis, Ben. L. ne expectes: quum eam neque pagellæ angustia capiat, neque temporis ratio admittat, neque facultatum mensura sustineat, & quod caput rei est, ingenio tantum non fidamus. Manum itaque de tabula.

S. D. G.

(1) *Lev. 18. 13, c. 20, 19.*